UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Attalo abbate. Cap[itulum]. cxc.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ALexander et caius martyres apud apamiam paſſi ſunt. qui vt apollinaris ſcribit hieropolitanꝰ epiſcopus in libro aduerſus cathaphrigas perſecutione antonini veri gl'ioſo martyrio coronati ſunt.vi. idus martij. Hec Hieronymus in martylogio.

¶De ſctō Anatholio epō. Cap.clxxxix.

ANatholiꝰ alexādrinus natione laodicie ſyrie epiſcopꝰ tēporibus probi ⁊ chari imperatoꝝ floruit: qui vir in artibus liberalibus ⁊ philoſophorū diſciplinis eruditus plurimo ſermone celebratur. Hic opuſcula multa nō ſolū religioſis: ſed philoſophis ipſis admirāda reliquit: que ad ſe peruenisse teſtaꝛ euſebius. Cuiꝰ ingentij magnitudo de libro quem ſuper paſcha compoſuit: et de libris decez arithmetice inſtitutionis poteſt apertiſſime cognoſci: qui etiā ſanctitate ſublimis in pace quieuit.vi.idus martij.

¶De ſancto Attalo abbate. Cap.cxc.

ATtalꝰ abbas monaſterij luxonieñ. ſucceſſor fuit ſcti colūbani abbatis. Qui dū egregie monaſterium regeret: quidā ex ſuis fratribus auſteritatez vite nōvalentes ſuſtinere: contra eius preceptum apoſtatarunt: quorum vnus ſubita febre correptus: cum ad ſanctū attalum venire ſe poſſe poptaret. Poſt modicū extinctꝰ eſt. Cuiꝰ exemplo plurimi ad monaſteriū redierūt: q̇daz ꝟo obſtinati in apoſtaſi permanſerūt: quoꝝ vnꝰ ſecuri percuſſus interijt: alter ī paruiſſimo flumine necatur. Tertiꝰ de naui in mare concidēs ſubmergitur. Cum aūt bobius fluuius inūdās molendinum monaſterij ⁊ officinas inuaderet mandauit ſanctus per ſinoaldū diaconem ſuūz fluuio vt ſe retrahere deberet. Statimq̨ fluuiꝰ alueo naturali relicto per alios meatus adeo a loco illo diſceſſit: vt etiā alueus ſiccaret. ¶Et cum quidam ex monachis laborādo in nemore caſu ſibi pollicem preciſiſſet ⁊ ſepeliſſet. Sanctus digitum defoſſum manui applicans: ſputoq̨ liniens ad locum ſuum ſanatum reduxit. Quieuit in domino.v.idus martij.

¶De ſanctis Virado ⁊ ſocijs martyribus. Cap.cxci.

VIradus: zozimus alexāder: candidus: piperion. ⁊ alij corū viginti cōſocij martyres apud carthaginem ꝑ xp̄i nominis cōfeſſione paſſi victorie triumphum a domino conſecuti ſunt quito idus martij. Hec Ado.

¶De ſancto Gregorio papa et doctore. Cap.cxcij.

GRegorius papa primꝰ doctor egregius ex ſenatoria ſtirpe romanoꝝ nobiliſſima ꝓgenitꝰ: patre gordiano: matre ſiluia: romane ſedis pontificatum tenuit annis. xiij. mēſibus.vi. diebus.x. Qui cū ſummū phie apicē in annis adoleſcētibus attigiſſet: ac rerū et diuitiarū copia abundaret: cogitabat hec oīa deſerere: ⁊ ad religionē ſe transferre. Sed dū ſub p̄toris vrbani habitu mūdo deſeruiret: multaq̨ ſibi ex ſeculi cura ſuccreſceret: tandē orbatus patre ſex monaſteria in ſicilia conſtruxit: ⁊ ſeptimū intra vrbez in honorē ſancti andree quibus de ꝓprio large dotatis oibus ceteris pauperibus erogatis in ſeptimo ſe fecit monachū ſub abbatis diſciplina. Ubi ad tantā in breui perfectionē deuenit: vt poſſet iam in perfectoꝝ numero computari. Tantaq̨ diſtrictione corpus ſuū afflixit: vt infirmato ſtomacho ſubſiſtere vix valeret: ⁊ infirmitatem illam quā greci ſyncopim vocant patiens: ꝑ horarū momēta qua ad exitū ꝓpinquaret. Abbate quoq̨ eius defuncto ſucceſſit eidē in regimine abbatie. Quadā die cum in ſtudio ſuo ſcriberet: naufragus ad eū venit: ſibiq̨ miſereri cum lachrymis poſtulauit. Cūq̨ ſibi ſex argēteos dari iuſſiſſet et abijſſet: eadez die iterum redijt ſeq̨ multa perdidiſſe ⁊ pauca accepiſſe dixit. Qui cum ab eo totidem argenteos recepiſſet: tertia die iterum reuerſus: miſereri ſibi importunis clamoribꝰ poſtulabat. Sed cū ſanctus gregorius a procuratore domus nihil dandum preter ſcutellam argēteam didiciſſet: illam ſtatim ſibi dari precepit. Quam ille accipiens letus abſceſſit. Poſtq̄ aūt gregorius ad papatū ꝓmotus fuit: die quadā cācellario ſuo mandauit vt.xij. peregrinos ad conuiuiū vocaret. Et dum oēs recūberent: intuens papa.xiij. numerauit. Et cum cācellario diceret cur.xiij. contra ſuū mandatū inuitaſſet: illeq̨ non vltra duodecim eſſe aſſereret. Animaduertit gregorius vnū ex illis crebro vultū mutantē: ⁊ nunc ſenē: nūc iuuenē ſimilātē. Finito ꝯuiuio illū in